

Johann Huswedel

**Programma, Quo Prorector Academiae Rostochiensis, Joannes Huswedelius
Philosoph. Pract. Professor, ad exsequias ... Viro, Dn. Paulo Tarnovio, SS.
Theologiae Doctori & Professori, a Vidua, Filia & Genero parandas, Omnes
omnium ordinum cives Academicos invitat**

Rostochii: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236397>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.
in P. Tarnov
Rostock 1633.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777236397/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236397/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777236397/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236397/phys_0004)

DFG

31

PROGRAMMA,
Quo
PRORECTOR
Academiæ Rostochiensis,
JOANNES HUSWEDELIUS
Philosoph. Pract. Professor,
ad exsequias,
AD MODUM REVERENDO CLARISSIMO
& Excellentissimo Viro,
DN. PAULO
TARNOVIO,
SS. Theologiæ Doctori
& Professori,

a Vidua, Filia & Genero parandas,

Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos invitati.



ROSTOCHI,

Priujo JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXIII.

27



Ita humanæ brevitatem, fragilitatem, fugacitatem res rationesq; nobis indicant plurimæ & obviæ: exempla quotidiana ex omnixtate, sexu, cōditione, adduntur, ut nuper duorum juvenum primiorum, omni exceptione majora: in sapientum scriptis & poëtarum nihil est, quod sæpius occurrat: Sed hi, ut passim Horatius, ad voluptates fere hoc argumento, nos hortantur, illi ad facta præclara, & vitam ex virtute agendam, aut ad diligentiam in studijs honestarum disciplinarum: ut divinus senex ὁ μὲν Κέρας, οὐδὲ τίχην εγνεῖ Brevis quidem vita, sed ars longa, M. Antoninus Imp. lib. 4. de vita sua. Τὸ δὲ οἰον Κέρας ὁ Κέρας, οὐδὲ τίχην εγνεῖ. Omnino brevis cum sit vita, curandum ut præsens tempus lucreris, rectam rationem & justitiam securus, ac in remissionibus animi sis sobrius. Ita Plinius Sec. Caninium suum hortatur in obitu Silij Italici, qui magna tranquillitate animi decesserat, cum annum ætatis quintum & septuagesimum excessisset.

31

excessisset, ut illud quicquid est temporis futilis
& caduci, vel factis, vel studijs proferat, & qua-
tenus denegatur diu vivere, relinquat aliquid,
quo se vixisse restetur. Nihil nobis opus est his
rebus, rarioribus, exemplis, admonitionibus:
omnium instar est Vir admodum Reverendus &
Clariss. Dn. PAULUS TARNOVIUS SS. Theol.
Doct. & Professor nostra in Academia præci-
pius, cuius vita, studia, actiones, adeoq; ipse
obitus, & vitæ degendæ nobis, & studiorum u-
tiliter ac fructuosè instituendorum, & beatæ ac
tranquillæ mortis consequendæ rationem de-
monstrat: quæ cum plurimam partem ipsius
verbis exponi possint, mea nemo valde deside-
rabit. Natus ille est Grevismolæ in hac nostra
Megapoli, opidulo ab hoc alumno suo nomen
& famam non minimam adepto, Anno 1562. a.
d. III. Kal. Julij, qui dies memoriæ divisorum A-
postolorum Petri & Pauli Sacer est, ex parenti-
bus pijs & honestis patre Joanne Tarnovio, con-
fule multos annos benemerito: matre Magda-
lena Grevia ornata cùm alijs virtutibus, tum in-
primis fidei in Deum & patientia elucente in
varijs ærumnis & in gravissimis temptationibus
de prædestinatione. Ab his domi, ab Joanne
Schrodero Rostochiensi publicè in rudimentis
pietatis & literaturæ informatus ita profecit,

ut annos 12. natum parentes de filio a blegando
Lubecam, una cum fratre natu majore *Hermann*, consilia agitarint, eademq; divino auxi-
lio & munificentia Illustriss. & Celsiss. principis
Dn. Elisabethae, quæ dotalitij loco oppidum cum
præfectura adjacente habebat, adjuti, illo ipso
anno, qui 1575. erat, ante ver iniens, perfecerint.
Præterant eo tempore scholæ *M. Joachim⁹ Han-*
fius, Francof. Marchicus Rector, & ejus fidelis
~~ad~~g̃s̃m̃s *Dn. Nicolaus Vorstius*, Brabantus Con-
rector, quem Harlemo, ubi studia juventutis
antea gubernaverat, belli calamitas expulerat,
imperialium & Anseaticarum civitatum prin-
ceps Lubeca extorrem susceperebat. Ab his non
modo ut discipulus in Lat. & Gr. lingua, dicen-
diq; artibus diligenter informatus, sed etiam ut
filius paternè amatus fuit, usq; in annum 1578.
quando sub autumni initium pestis contagium
migrare Luneburgum adegit. Eo profectus *M.*
Alberto Lenicero, & *Dn. Luca Loßio*, libris in-
lucem editis & meritis in juventutem celeber-
rimis, qui tum scholam gubernabant, charus
fuit. Augebant hunc affectum literæ commen-
datitiæ à Rever. & Cl. Viro *Dn. D. Simone Pauli*,
hujus Academ. Profess. Theologo & Ecclesia-
rum urbis ac vicini circuli Superintend. ad ve-
terem suum præceptorem *Dn. Loßium*, senem
veran-

venerandum missæ : accedebat diligentia &
profectus discipuli, qui se tum exserebat in stu-
dio elegantiae in utraq; lingua, supra plerosq;
æstate æqualium. Sed quo magis hæc & alia di-
scendentem commendabant, eo minus fortuna ei
favebat. In pensarum itaq; & sumtuum gra-
vitate pressus intra annum ad suos redijt, futu-
rum sperans, ut inde ad Academiam mittere-
tur. Id cum ex voto non succederet, & Deus,
qui mirificat sanctum suum, aliam commodita-
tem vivendi ostenderet, studijs quomodocunq;
provehendis, non inutilem, factum est, ut Gu-
strovium evocaretur. Scholam ibi tum rege-
bat *M. Franciscus Omichius*, & *M. Bernhardus*
Orestes, sub quibus in mensem nonum, quan-
tum licebat, in studijs progreedi conabatur: nam
sub autumnum anni 1580, relictis ludi literarij
angustijs, ad amplissima Academia spacia con-
cessit : quibus tamen ne diu frueretur, effecit
metus Epidemiacæ luis, quæ ex Hispania primum
emergens (unde etiam vulgo nominabatur) u-
niversam affligebat Germaniam. Per hyemem
igitur latitans cum discipulis Gustrovij, æstate
repetens Roseti nostri tempore, pro viribus ce-
ptum studiorum curriculum persequebatur,
donec sequenti anno sortis inimicæ asperitati
cedere coactus, rus cum civitate, solitudinem

A 3:

cum

15
cum frequentia & cœtu Musarum commutavit. Etenim Cl. Viri Dn. D. Joannis Caselij, quem inter professores hujus Academijæ adolescentis admirabatur, cuiusq; ductus in studijs unice annis illis sequebatur, literis commendatus viro nobili Henrico ab Oldeburg operam suam, informandis ejus liberis, addixit, & in annum tertium præsttit. Quo temporis spacio præter S. Scripturæ librorum canonicorum assiduam ac diligentem perlectionem, multos utriusq; linguæ auctores classicos, inter quos præcipue, Epistolas ad Attic. Officia Cicer. Orationes ejusdem complures, Xenophontis Oeconomicū, Διπληνούσια Socratis, convivium septem sapientum & conjuncta alia, Plutarchi nonnulla Ethica & Politica, Patrum Græc. maximè Basilij M. & Gregorij Naz. Epistolas, una cum orationibus eorundem nonnullis, evolvebat, Latinè & Græcè tam soluto quam ligato scribendi genere se exercebat, suiq; profectus specimina D. Caselio, & M. Henr. Schinkio, Ecclesiastæ Gustrovičsi, ex cuj9 instructissima Bibliotheca, quicquid petebat, inpetrabat, testificandæ suæ industriæ & grati erga utrumq; animi causa, offerebat. Nondum decurso ad metam triennij illius spacio, reversus est ad hanc Academ. Anno 1585. hebrææ linguæ discē-

da

dæ potissimum causa: cuius studium aggressus
 est duce M: Nicolao Goniao, ejus Profess. publ.
 Is constantia sui auditoris ita delectatus, ut,
 quicquid haberet eximum, quod ad hanc lin-
 guam perdiscendam ficeret, id cum eo com-
 municaret: qua benignitate animum discentis
 jam ante incredibili studio flagrantem magis
 magisq; inflammabat. Dum in hac parte stu-
 diorum adhærescebat potissimum, non planè
 omisit cætera, quæ vel ad ipsam Theologiam ex
 scriptura Locisq; Theolog. descendam perti-
 nent, vel adminicula ex artib; promittunt:
 qualia de Ethicis, Politicis, Mathematicis di-
 sciplinis publicè proponebant Caselius, Bru-
 cæus, Stockmannus & alij. Theologis vero po-
 tissimum operam dabat, & inter hos in-
 primis D: Davidi Chytraeo, cuius tum ex-
 plicantis Libr. Judicum & Ruth, brevesq;
 Psalmos, Joannis Evangelij capita aliquot,
 prælectiones nunquam negligebat. Etiam
 D: Luca Bacmeistero, enarranti prophetas mi-
 nores & D: Valent. Stachio, versanti in expli-
 catione Epistolarum Apostol. sedulam & con-
 stantem operam auscultando dabant. Hæc dum
 agebat, nullis adversitatum, quas varias expe-
 riebatur, insultibus à recto studiorum cursu
 continuando deterritus, factum est divina pro-
 yidentia,

Ividentia, quæ diligentibus Dominum omnia
in bonum dirigit, ut Rever. & Doctiss. Vir *M.*
Anton. Boccatius, Ecclesiarum in diæcesi Parchi-
mensi Superintend. de rectore Scholæ sollicitus
consilia amicorum in hac Acad. super hoc ne-
gotio requireret: quorum pleriq; cum ~~negotio~~
nostro ad hâc provinciam diligendo consenti-
rent, ita factum est, ut ei labor iste deferretur,
quem licet cuivis alij, quam sibi inponi maluisset,
tamen quia non ignorabat, parentibus suis
id unicè in votis esse, ut cuius studia non par-
vis in pensis foverant, eum aliquando in hone-
sto loco fructum eorundem aliquem percipere,
de sua opera eam spem fecit, quam parentum
consilia essent ostensura: quorum intellecta
sententia, nutum ad munus delatum accipien-
dum pro imperio habuit. Quam hoc in offi-
cio fidem, dexteritatem & tolerantiam adhi-
buerit, cui sustinendo quatuor annis & seme-
stri præfuit, profectus discipulorum testatur, &
honorificum Ampliss. & Prudentiss. Senatus
Rostochiens. judicium, qui spectata ejus, in gu-
bernanda erudiendaq; juventute, dexteritate
& felicitate, decadenti *M. Nathani Chyraeo*,
ipsum surrogavit: cuius munieris partes sibi de-
mandatas cum suscepisset, schola, quæ migrâ-
te *Chyraeo* magnam sui floris jacturâ passa vide-
batur,

31

batur, brevi tempore pristinam gloriam recuperavit. Cujus rei testes in omnibus ordinibus superfunt, sui præceptoris præcones fidelissimi, quām ille in Sparta, quam nactus erat, exornanda fuerit per annos undecim impiger, : & qui servis, super pauca fidelibus plurium curam se commissurum promisit, abunde fructum suarum æruminarum ut perciperet, in quietiori munere effecit. Postquam enim in quartum annum frustra alibi quæsivissent Clariss. Dn. Davidi Chyraeo, defuncto successorem, itum est tandem ad hunc Tarnovium nostrum, quem ex pulverulento cœtu puerorum, in quo latitabat, acceptum in cathedram collocarunt. Factum illud Anno 1604. sub autumnum : quando ei lectionis Theologicæ argumentum à Decano, consensu reliquorum, injunctum fuit, primus Liber Mosis : in quo enarrando aliquot annos consumxit : nam præter textus analysin, quæstionum incidentium explicacionem, & locorum doctrinæ, sive documentorum annotationem, multas difficillimas controversias à Bellarm. contra confessionem nostrarum Ecclesiarum directas, exigente hanc operam studiosa juventute, examinavit. Absoluta Geneseos explicatione, Epist. ad Titum exposuit, & varijs quæstionib. theoreticis & practicam enarrationem juventuti gratiorem & utiliorem efficere laboravit. Hinc Locorum Theologic. explicationem, quæ ei secundum statuta debebatur, aggressus est: in quo labore, quid conatus sit, ostendunt, cum alia, tum in primis, quæ publicata sunt ex lectionib. publicis, de conjugio & de ministerio. Idem colligere licet ex disputationib. nonnullis, quæles habitæ sunt, de magistratu, de oratione, de peccato.

B

to

to mortali & veniali, de alijs. Evangelium S. Joannis totum analysi perpetua, admixtis multis quæstionibꝫ quas vel textus suppeditabat, vel interpretum discrepantia, illustravit & in publicum emisit, addita versione Arabicæ paraphraseos nova, & collata diversitate lectionis Romanæ & Erpenianæ sedulò. Socini item librum, non minus acutum quam blasphemum, contra Bellarm. & VViekum, de Divinit. Filij Dei, & Spiritus S. logicè & Theologicè resolvit: ex quo uno scripto juventus controversiarum, quam veræ pietatis aman- tor, animadvertere & judicare potest, plus requiri ad hæresium refutationem, quam cum æqualibus in angulo tempus garriendo consumere. Vita ejus & mo- res quam conformes fuerint professioni, testes sunt, quibus vivi consuetudo domestica fuit familiarior. Nam & fidei in Deum declaratæ exercitijs, timoris fi- lialis, spei, patientiæ, humilitatis perpetuò fuit studio- sus, & caritatis erga homines, sive consilium, sive ope- riam, sive opem ejus requirent, non fuit immemor: quin eo gaudebat maxime, si quando benemereri de juventute licebat, vel rectam studiorum rationem monstrando, vel in parte aliqua operam ejus requirentium desiderijs satisfaciendo. Conjugium, quod Anno 1596. initit, cum pudiciss. & honestiss. Virgine Anna filia Joachimi Schulten & Kunigundis Dobbinæ, tranquillum & multis benedictionibus divinitus or- natum fuit. Nam in eo 4. liberorum Magdalena, Joan- nis, Joachimi & Anna pater factus est; & cum priores tres à DEO, qui dederat, repeterentur, postrema in solatiū relicta fuit, & efficacissimum quidem. Cum enim ista magnam administrationis domesticae partem sub ma- triss

tris manu, recte obiret : non potuit non istius curæ t-
pse securus, ex ea re lætitiam percipere. Quæ tanto ma-
gis crevit, cum videret eam ante aliquot menses nu-
ptam cum viro primario Dn. Joachimo Stockmanno,
Med. D. & Phys. Profess. clariss. nunc hujus Academ.
Rectore Magnifico, Dn. collega & compatre meo ho-
norando: ita ut eo tempore, tanquam solutus omni
follicitudine hujus mundi, & rerum huc spectantium,
nihil nisi DEUM & æternitatem cogitaverit, nec ulla
re alia suam istam quietem turbari siverit. Hæc ergo
sunt magna DEI beneficia, ita ille grato ea animo
agnovit, quotidiana memoria repetivit, prædicavit,
& uxorem filiamq; ut secum id agerent, hortatus est.
Adversitates, quæ isti loco & officio deesse non so-
lent, patienter ferendo superavit, præsertim eas, quæ
hac bellica tempestate excipiendæ erant, generosa for-
titudine sustinuit, & spe secururæ serenitatis damna
sua levavit. Ita ergo cum vixerit senex fortunatus,
per annos unum & septuaginta, aenei aliter, ac vixi-
set, mori conveniebat? Sane qui cæteram vitæ fabu-
lam non sine plausu peregerat; ei in extremo actu pec-
care, integrum non erat. Etsi igitur, hisce aliquot pro-
ximis mensibus, senij solius languorem sentire vide-
retur: tamen hæc verna intempories aliquid amplius
ei addidisse videtur: hoc eventu, ut Beatus noster se-
nex, juxta SERVATORIS nostri pronunciatum
nudius tertius in Ecclesia auditum, in vera agnitione,
invocatione & fiducia Filij DEI moreretur, nec mor-
tem videret, imò nec moreretur, sed placida quiete
compositus à dulcissimo summo occupari videretur.
Hoc nimirum est Vivere, hoc Mori. Imitemur ò ju-
venes,

Venes, Viri, senes hanc vitam! Optemus hanc mortem!
ita nec vixisse quenquam pænitabit, nec pigebit mori.
Cæterum licet obitu hujus viri, nunc in sandapila positi,
nihilominus ad pietatem ac literarum cultum diligenter,
solidum, felicem nos informemur, quam antehac voce factum est in cathedra sedentis, aut libris
dias in luminis oras emissis : tamen relicta vidua, filia
& gener, cæteraq; cognatio, ingentem ex ejus decessu
dolorem ac luctum percipiunt, quibus ut nos subveniamus ac dolorem, quantum in nobis est, leniamus molliamusq;, longè æquissimum est. Optimè autem id
faciemus, nam cætera alijs curæ erunt, si quanta potest
maxima frequentia hodiè in templo Sanct. Jacobæo
hora prima conveniamus & funus Christiano ritu prosequamur. Quod licet ab omnibus Academiæ civibus ultro, nec rogatis, peractum iri sperem (ita certè
meritus est, ut hunc ei honorem & cultum, cum aliud non possimus, præstemus) : tamen quid nocet
memores quoq; monere, & currentibus calcar addere.
Hoc à me quidem postulat officij commendati ratio
ut faciam, ab omnibus vero illud pietas & erga collegam ac præceptorem gratitudo etiam flagitat. P. P.
Rostochij sub Sigillo Rectoratus 9. Martij, ANNO
M. DC. XXXIII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777236397/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236397/phys_0017)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777236397/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236397/phys_0020)





Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xxymaster.com

VierFarbSelector Standard • Euroskala Offset

uentia & cœtu Musarum commuta-
nim Cl. Viri Dn. D. Joannis Caselij,
er professores hujus Academiæ ado-
mirabatur, cujusq; ductum in studijs
is illis sequebatur, literis commenda-
bili Henrico ab Oldeburg / operam
ormandis ejus liberis, addixit, & in
rtium præsttit. Quo temporis spa-
S. Scriptutæ librorum canonicorum
ac diligentem perlectionem, multos
nguæ auctores classicos, inter quos
Epistolas ad Attic. Officia Cicer. Or-
dem complures, Xenophontis Oe-
, Σπουργημαδιατα Socratis, convivium
sientum & conjuncta alia, Plutarchi
Ethica & Politica, sum Græc. ma-
ij M. & Gregorij, 3olas, una
onibus eorum evol-
inè & Græc.
renere se
D. Caselij
rovičs
quid
ust

